



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio  
Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Obsequia in Virginis Deiparæ honorum exhibenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

DE SEXTO DEVOTIO-  
nis actu.

OBSEQUIIIS IN VIR-  
ginis Deipara honorem  
exhibendis.

## CAPVT V.

PRIMI GENERIS OBSE-  
quia Duo.

Deipara precibus inuocanda, & quo-  
modo num. 2.

- I. Missa de Deipara eidem gratia. nu. 6.
  - II. Preces, quae pro cuiusq; pietate recitari  
possunt num. 8. eaq; triplices.
  1. Ratio cōmendandi se beatissima Dei ge-  
nitrici tum mane, tum vesperi. n. 9.
  2. Deipara salutanda in ingressu, & egres-  
su è domo. num. 10.
  3. Deipara templa adeunda, Imagines co-  
lenda, festa eius preparatione ali-  
qua praeuenienda, preces tem in eius  
honorem fundenda, praesertim salu-  
tatio Angelica. num. 11.
- Qua nam per priuatas preces preparatio  
ad Deipara festa pie colenda fieri  
possit. num. 12.

Exempla eorum, qui peculiare preces

Deipara offerre consueverunt. nu. 16.

Exempla de salutatione Angelica. nu. 17.

Deipara militem quotidie salutationem

Angelicam recitantem à demone

quatuordecim annos seruat. nu. 22.

*B. Virgo  
obsequos  
colenda.*

*1. Ioan. 3.*

*Aristotel.*

*Ex Aristo-  
tele qui-  
busnam  
rebus ho-  
nor exhi-  
beatur.*

**I** SEXTVM, quòd ad deuotionem  
erga Virginem exercendam requiri  
diximus, sunt obsequia, quæ in eius ho-  
norem præstare debemus: vt enim de-  
uotio nostra non sit sterilis, ipsis operi-  
bus comprobanda erit, iuxta illud 1. Io-  
han. 3. *Filii non diligamus verbo, neque  
lingua, sed opere, & veritate.* & ipse Ari-  
stoteles in 1. Rhetor. cap. 15. cum perso-  
nas recensuisset, quibus honor est im-  
pendendus, statim subiicit, quibus nam  
rebus honor exhibeatur his verbis: *Par-  
tes honoris sunt sacrificia, monumenta, &  
versibus, & sine versibus: præmia, lucra,  
præcessiones, sepulchra, statua, victus publi-  
ci, & quibus Barbari vtuntur, vt adora-  
tiones, conspectus euitationes, munera qua  
apud singulas gentes prætiosa sunt.* hæc ille.

Ex quo infertur, vel apud Ethnicos  
honoris testificationem obsequijs de-  
clarari solitam. Obsequia porro Virgini  
impendenda ad tria genera reuocari  
possunt.

Pri-

Primum est eius inuocatio per preces, quibus eam tum laudamus, tum etiam ut nostris necessitatibus subuenire dignetur, oramus.

Secundum, quæ ad carnis castigationem, & mortificationem.

Tertium, quæ ad charitatem erga proximum, & misericordiæ tum spiritualis, tum corporalis opera pertinent. Omitto in præsentem inter hæc pietatis opera vnum recensere, quod hæc tria ferè complectitur, & Virgini acceptissimum, atque vnicuique vtilissimum esse experientia docuit; alicui nimirum Congregationi, seu sodalitiõ B. Virginis nomen dare; ad illius regularum præscriptum vitam instituere; stans diebus ad conuentus sodalium conuenire: sed ea de re plenius cap. 40.

Cæterum de tribus illis singillatim nonnulla dicamus, non quod omnia, quæ hic proponimus à singulis præstanda sint, sed ut quilibet ea, quæ Virgini magis grata, & animæ suæ saluti magis vtilia, quæque sibi, suisque viribus, & honestatis occupationibus magis congruere videbuntur diligat.